



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Panegyricvs Lvdovico XIV. Regi Pacifico

Cossart, Gabriel

Parisiis, 1654

Eminentissimo Principi Ivlio Cardinali Mazarino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12256



EMINENTISSIMO PRINCIPI
I V L I O
C A R D I N A L I
M A Z A R I N O.

ADITVM ad Regem lau-
des Regiae querunt, C A R-
DINALIS EMINEN-
TISSIME: neque dubito, quin per
te facile impetrent; cum intelligam,
quo & illæ apud te, & tu apud
Regem loco sis. Eas si offeres Pacifico
Principi, nihil offeres non tuum;
a ij

E P I S T O L A.

eoque tuum gloriosius , quod singu-
lari fide ac prudentia fecisti , ut
totum Regis esset. Etenim in multis
tuis preclarisque virtutibus , hae mi-
hi meritò maxima visa est , quod ita
rem administrasti , ut eam Ludouic-
us gereret ; ita domestica pax à te
illius auspiciis , ab illo tuis consiliis
restituta est : ut omnis ad eum tam
illustris facti gloria in solidum per-
tineret. Fuere priscis temporibus ,
qui decus captarent ex inertia re-
gum , à quibus erant ad imperij pro-
curationem adsciti : deque vilitate
principis , administrī saepe dignitas
creuit. Tu cum Regis educationi
prefueris , cum eius composueris mo-
res , ingeniumque finxeris : maiorem

E P I S T O L A.

non potes , quām ex eius prudē-
tia , fortitudine , humanitate , vir-
tutibus ceteris , gloriam referre. Laus
tua summa est , laudatissimus Prin-
ceps : tuāque censere potes , non ea
tantūm , quorum is auctorem te a-
ctorēmque unum esse voluit ; sed
etiam quæ ipse per sē , nullius ad-
monitu consilioque suscepit. Ita quam-
uis propriis abundes laudibus : eris
tamen Regiarum p̄aconiis multò ,
quām tuarum , ornatior. Has lau-
des , quas mereri per te Rex voluit ,
patere, CARDINALIS EMINEN-
TISSIME , eidem per te à nobis of-
ferri : quas si respuet modestissimus
Princeps , cùm suas agnoscat ; ama-
bit profectō , cùm tuas esse quoque me-

EPISTOLAM

minerit. Tu ne sic eas auersare, quod
tuæ sint; ut non easdem, quia sunt
Regiae, libentissime amplectaris. Vale
Eutetiae Parisorum. XI. Kal. Ian.
an. CIC. CIC. LIII.

E. T.

Addicissimus

GABRIEL COSSARTIVS
ē Societate IESV.